

**A** Hęc igitur Athanasii autoritas. P. reueren. longe aliter, q̄ sperares exposita est, atque ita vt ad dogma vestrum nequaquam facere videatur. An autē de sancti spūs processione ne, ita vt ipsi creditis, senserit, & an filius sancti spiritus causa sit, necne, alia eiusdem Athanasii autoritate posset intelligi, quippe q̄ in sermone de filij ac spūs eterna essentia, diuinarū personarū distinctionem edocens, solum patrē diuinitatis fontem, ac in genitum nominauit. Ac si solum spm dixisset genitorē ac mittentem esse, non igit sentiebat filium sancti spiritus causam esse, si diuinitatis fontem p̄sem solum esse credebat. Disiungimur (inquit) & ab hīs, qui ludæos secuti, cum deum de deo negant, Christianarū nox̄ fidem euertētes, vnum deū vt ludęi profitent̄, non q̄ solus ingenuus & solus fons diuinitatis est pater, idcirco deum spm pronuntiant, sed q̄ non genitor filij & absq̄ fructu viui verbi. Sigdem igit solus fons diuinitatis, ac solus ingenuus pater est, sequit̄, vt solus filij genitor ac solus spm mittens existat. Non igit apud Athanasium filius sancti spūs causa est & ab ipso spiritus esse habet. Hęc nunc ad tuam orationem,

¶ Hęc via. P. reuer. qua q̄dem ad veritatem illustrandam progredieris, tenebras potius obducit, q̄ (quod omēs summopere cupimus) lucē afferat. Nec id sane principio nostrarū disputatiōis inter nos cōuenit, vt tam longis oratiōibus vteremur. Verum vt breuibus vtro citroq̄ habitis argumentis atq̄ responsiōibus, paucis rem ipsam cōcluderemus, te tamen longam habētem orationē, verbaq̄ duo per horam exponētem, hi prestantissimi p̄ses audiendo iam fessi sunt, & vt mihi videt̄ nil aliud de tuo sermone intellexerunt, q̄ id, in quo me valde reprehendisti, q̄ verbum, est, Athanasii, verbis addiderim, vt sepe numero facere soleo, nam alteram ipsius Athanasii autoritatē, sanctū videlicet spm̄ talem ordine & naturā ad filium habere, qualem is ad p̄sem habere creditur, male explanasti (qui autem sermonem aliquē exponit male, is nunq̄ bene respondere potest) deinde ad materiam de temporali personarū processione venisti, in qua necessario concludere possum⁹, spm̄ sanctū ex filio etiā ab æterno procedere, ex eo q̄ ab eodē tp̄aliter procedere credit̄. In qua quidem materia tibi paucis r̄h̄debo, quāuis de ea nullam modo mentionem facere debebas, quādoq̄dem ad propositū neutiquam spectare videtur.

Sed anteq̄ aliud proferam, ex te. P. reuerē. scire velim, an ita protuleris, cum filius patrem dicitur audire, verba eius audit, quādoq̄dem auditus ad verba refert̄, & ita dictū euangeliū de meo accipiet & annuntiabit vobis (vt inquis) debet intelligi, ex quo q̄dem sanctum spiritū a filio habere esse minime sequit̄, ita ne sentis, an non?

¶ Quid mirum nam & magnus Athanasii euangelium ipm̄ sic exponit.

**C** ¶ Ex hoc. P. reuer. secundum vestros & nostros sanctos doctores (deo fauente) probabimus sanctum spm̄ a filio æternum esse suscipere. Sed anteq̄ ad demonstrandū hoc veniamus, orationi tuæ breuib⁹ r̄h̄debo. Nam sessione proxima ex me quæsiuisti, an ex magni Basilij sententia sentirem sanctum spiritum ordine dignitatēq̄ tertium esse, deinde me hanc eius fuisse sententiā asserentem, interrogasti, an alij quoq̄ sancti doctores fuerint idem sentientes, me vero r̄ndente, multos sanctos huius fuisse sententiæ, cōtinuo ad ostendendum oppositum, magni Basilij autoritatem exposuisti, quē admodum etiam modo fecisti, ita dicēs in summa, Euanomius sanctorū simulabāt conseruare doctrinam, sanctum spm̄ ordine ac dignitate tertium esse, qui vero illi sancti sint, & in quibus sermonibus doctrinam fecerunt, nō potest dicere, idcirco magnus Basilius, vtpote, q̄ non sentiret aliquos sanctos eiusse sententiæ (inquit) fuerit, ne vnq̄ homo sic auidax, & res liqua. Credis igit ex mente Basilij, neminem sanctum eius opinionis fuisse, q̄ Euanomius ipsos citare nesciuerit. Hęc expositionē tuā. P. reue. volui repetisse, vt hi. P. am. solutionem eius, quam afferam, facilius intelligat. Nos magni Basilij librū habemus, quē nō mendosum, sed fidedignū esse putamus, cuius q̄dem rei ex eo facimus coniecturam, q̄ cum Mityleneñ. prætulit vetustissimo libro, quemadmodū h̄ testari possunt, q̄ vtrūq̄ diligenter perlegerant, in omnibus conuenit, qui q̄dem liber (si lubet) in medium afferatur.

Mar.  
Iohan.

¶ Triā vobis. P. amp. demonstrare volo. Primū alia Basilij autoritate sanctum spiritum a filio accipere esse, alterum quāto dedecori Basilio magno futurū fuisset, si scripturæ reliquisset, ita vt in vestro legitur libro, & quē admodū talem tantumq̄ virum, ac in dei ecclesia, vt Chalcedonen. synodus testatur, maximæ autoritatis, vltimo ex præcedētibus ac consequētibus verbis eis ostēdam, ipm̄ non aliter sensisse, q̄ in nostro li.